Maria Magdalena, non scandalizabatur cruci-
fixo omnem impendere honorem, et maiori de-
uotione afficiebatur in illo mortuo quam viuen-
te, sicut ~~[illegible]~~ ille Joseph ab Arimathia et
Nicodemus qui illo viuente illius erant disci-
puli occulti, sed illo iam mortuo, prodeunt
in publicum, manifeste accedunt pilatum, corpus
Jesu iam mortui petunt, nihil morantes tyra-
nidem Judeorum. Memor autem magdalena be-
neficii sibi prestiti ab illo, qui eam septem
i. multis demonibus liberauit. Et ideo non
solum meretur illum videre, sed etiam alloqui
viu — [illegible] entem quem putabat mortuum. Et cum illum
tangere voluisset, audiuit: Noli me tangere,
i. Jam amplius carnaliter non tangar, sed fi-
de spiritualiter, et quia non vere meam agnosci
diuinitatem, ideo non vere potes me contingo-
re. Et autem volebat a discipulis tangi et con-
trectari, id contigit ad eximendam illorum dubi-
tationem. Christus enim se reuelat illis, qui il-
lum videre cupiunt, apparet illis qui non ten-
tant illum.